

N 23. Anno, quo supra, Sabatho in die sancti Dyonisii et sociorum eius nona Octobris facta Oct. 9.
 plena convocatione magistrorum de consilio facultatis sub hoc tenore: „Reverende magister,
 sitis hodie hora undecima in vaporario facultatis artium ad eligendum novum decanum sub
 pena non contradicendi et ad audiendum responsum magnifici domini Ernesti de Schleunitz¹⁾,
 C 90'. praepositi ecclesiarum Misnensis et Pragensis²⁾, super debitis ducentorum aureorum patris
 eius felicitatis recordationis sub debito obediencie,“ || ante magistri novi decani electionem pro-
 positum erat responsum magnifici domini Ernesti de Schleunitz, ecclesiarum insignium Mis-
 nensis et Pragensis prepositi, super solutione facultati facienda ducentorum flor. patris
 eius felicitatis recordationis. Promisit enim antefatus Ernestus singulis nundinis Lipsensibus, in
 nundinis novi anni incipiendo mox iam futuris anno domini millesimo quingentesimo decimo
 nono, solvere triginta flor.³⁾ Lipsi facultati absque omni sollicitudine ac facultatis inquietudine,
 totidem in nundinis paschalibus et sic deinceps, donec summa ducentorum flor.⁴⁾ plene et
 integre soluta esset. Quam quidem condicionem solutionis consilium facultatis artium con-
 corditer assumpsit.

1518 Wintersemester. 219. Decan Simon Eissenmann von Dillingen.

N 23'. Decanatus⁵⁾ magistri Simonis Eissenman⁶⁾ ex Dilinga, mathematice discipline
 professoris⁷⁾ atque medicine baccalaurei. Anno a Genitura Christi salvatoris nostri Oct. 9.
 millesimo quingentesimo decimo octavo die nono Octobris sive Sabatho ante Galli
 magister Simon Eissenman⁶⁾ ex Dilinga⁸⁾ de natione Bavarica, medicine bacca-
 laureus, electus est in decanum facultatis artium rite et concordi magistrorum eli-
 gencium consensu atque suffragiis, sub cuius decanatu electi officiales magistri
 fuerunt subscripti:

Clavigeri { mgr. Ioannes Kol Lipsicus
 mgr. Ioannes Langer de Wolkenhan.

Executores et { mgr. Laurentius Helwing ex Friberga } electores { Misnensis
 mgr. Pyrgallius Furhan ex Hildenbeim } Saxo
 mgr. Martinus Tytz de Gawr } Polonus

mgr. Simon Eysenman ex Dilinga decanus Bavarus.

| | | | |
|----------------------------------------|-----|--------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Decrete sunt lectiones magistris | * { | Wolfgango Schindler Cubitensi | } methaphisice phisorum analyticorum posteriorum de celo et mundo ethicorum rethorice Aristotelis Euclidis sphere materialis grammatice Diomedis per[ihermen]ias |
| | | Ioanni Langer ex Wolkenhan | |
| | | Theoderico Lindeman | |
| | | Arnoldo Westenfeldis | |
| | | Laurentio Appel ex Kinshoffen | |
| | | Andree Delitiano Epistati | |
| | | Simoni Eysenman ex Dilinga | |
| | | Francisco Richter ex Hennichen | |
| | { | Ioanni Tuberino Erytropolitano | |
| | { | Hieronimo Adamo | |

¹⁾ Schleinitz. ²⁾ Fehlt in C. ³⁾ aureos. ⁴⁾ aureorum. ⁵⁾ Ueberschrift des Semesters in N und C in rother Schrift. ⁶⁾ Eysman. ⁷⁾ mathematici et medicine baccalaurei. ⁸⁾ tunc temporis rector de natione Bavarica.